# Mythologia, Venise, 1567 - X [104] : De Nereo

### Auteur(s) : Conti, Natale

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

Mythologia, Francfort, 1581 - X [104] : De Nereo *est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII**

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 06 : De Nereo & Nereidibus *a pour résumé ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

Mythologie, Paris, 1627 - X [104] : De Neree *est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

Mythologie, Lyon, 1612 - X [104] : De Neree *est une transformation de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales


- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l’Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).


## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
langue(s)Grec ancien
Pagination303r°

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiquesNérée
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

attulerunt, quæ etsi grauissima pericula ob liberalitatem, qua vsa est in Bacchum contulit, tamen in summam felicitatem denique peruenit. nam pro rebus bene gestis solet Deus calamitates in summā felicitatem conuertere

*De Nereo.*

VT autem prudentiam omnibus in rebus vtilem esse ostenderent, & nauigationibus præcipuè necessariā ob multa quæ nauigantibus eueniunt aduersa, Nereum siue nauigandi peritiam filium oceani & Tethyos esse dixerunt. qui Nereus, quoniam sapientis est ad multas opportunitates se accommodare, dicitur in varias formas se vertere solitus. Ne quis igitur ob inclementiam Deorum, potius quam ob suam ipsius inscitiam, se naufragium pati, aut perire arbitretur, hæc de ipso Nereo & Nereidibus confinxerunt. Nō enim accusanda est diuina clementia, si quis temeritate imprudentiaq; sua fretus se in grauissima pericula intruserit; cum Deus prudentes tantum & diligentes, vbi vires desunt humanæ, adiuuare soleat.

*De Proteo.*

CVM adhortarentur autem ad prudentiam, quæ necessaria est ciuitatibus, & amicitiis conseruandis Proteum non solum virum bonum, sed etiam in omnes formas se vertentem, vt Nereum, introduxerunt. Nam sanè viro prudenti non solum motibus animi moderari ratione & consilio necesse est, sed etiam ad omnes fortunæ euentus, & ad omnes temporum vel personarū opportunitates animum suum accommodare. Id, qui facere potest, nostris præcipuè temporibus plurimum gratia & opibus valet. Sed ego, (sic enim meum est ingenium) nunquam prudens in hoc genere existimabor, quia nō patitur Genius cuipiam adulari, neque possum cum nebulonibus, quorum magna est & latronum multitudo, conuenire. Non tamen illum vitupero, qui id facere posait, cum præsens opportunitas illa postulauerit: nam cum stultis ridendum est. Hanc ipsam prudentiam necessariam magis ciuitatū præfectis, quàm priuatis, iudico: quoniam alteris vt omnium sint exemplar, alteris ad honestatem tantum se accommodare opus est. Sic igitur significatur prudenter cedendum esse tempori, & rebus ac personis pro dignitate tribuendum.

*De Castore & Polluce.*

NEQVE vero flammas illas sine Deo apparere crediderunt, quę nauigantium antemnis, vel carchesiis, insiderent per tempestatis tempora; quæ, vt suo loco dictum fuit, modo certam tranquillitatem prædicerent, modo portenderent pernitiem nauigantibus.

*De Aeolo.*

AEOLVS ventorum, tempestatumque Deus creditus est, non solum quia signis obseruatis ventura multo ante prædicebat, sed etiam quòd iræ

modera-

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1044?context=pdf